



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 190. Quid addendum sit circa obligationem restituendi ob neglectas  
Horas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

*ad beneficiatos, etiam ex justitia. R.* Affirmant *Saur. Sanch. Fagund.* & alii, 1. quia fundatores videntur eo pacto obrulisse proventus beneficij, & beneficiati eâ conditione admisisse beneficia, sicuti *Curati* cum simili pacto admittunt curam. 2. Quia *Conc. Lateran.* & *Pius V.* dicunt beneficiatos, si non orent, non facere fructus suos; item injustè percipere, ergo. E contrà negant *Az. Henrig. Dian. Garc. Salas, Homob. Castrop.* Ills. t. 5. n. 38., quia quamvis recitatio Horarum sit conditio, sine qua beneficiati non faciunt fructus suos, ideoque acceptos tenentur restituere, tamen sufficienter non constat recitationem illam esse debitam ex justitia. Utraque sententia est probabilis.

1208 Q. 190. *Quid addendum fit circa obligationem restituendi ob neglectas Horas. R.* Seqq.

§. I. *Alex. VII.* damnavit has duas propositiones, 20. *Restitutio à Pio V.* imposta beneficiatis non recitantibus non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Iudicis, eò quod fit pœna. 33. *Restitutio fructuum ob omissionem Horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea beneficiatus ex fructibus sui beneficii fecerit.* Ex his damnationibus constat beneficiatum, qui neglexerit Horas, teneri in conscientia ante omnem sententiam & declarationem restituere fructus tali negligentiae respondentes, neque hanc restitutionem compensari per eleemosynas ante neglectam recitationem datas ex fructibus beneficii, ob quod tenetur ad Horas.

1209 §. II. Aliqui apud *Mendo* d. 7. n. 27. dicunt eum non teneri restituere, qui per alium recitavit Officium, quia ab alio solutum est, quod debebatur, ergo satisfactum est voluntati fundatorum. Hæc sententia non videtur probabilis, quia hoc ipso, quod ipsem

ipsem non orarit, peccavit mortaliter, secundum dicta à n. 1201., ergo incurrit poenam impositam. Maj. Palud. Led. Burgh. cent. 1. cas. 43. & alii apud Dianam p. 2. t. 12. R. 24. putant eum non teneri restituere, qui hodie omisit, si cras bis oret, tum quia sic videtur satisfieri intentioni fundatorum, cum toties oret, quot sunt dies in anno, tum etiam quia si quis obligatus ad legendum Sacrum negligat hodie & cras suppleat, non tenetur restituere, idem autem videtur dici posse de Horis. Oppositum tamen omnino tenendum est ob rationem antè datam, quia pena restitutionis imposta est omissioni graviter peccaminosæ, qualis haec est, Gob. in Exp. t. 5. n. 594.

§. III. Clericus, qui per ebrietatem causavit in infirmitatem, ob quam nequit legere Horas, secundum Gob. in Quin. t. 5. c. 10. n. 30. non tenetur ad restitutionem, quia Ecclesia illos solos obligat, qui cessante legitimo impedimento non recitant, infirmitas autem est legitimum impedimentum, neque DD. distinguunt, an sit causata culpabiliter an inculpabiliter: Et ita etiam debentur Canonicas praesentiæ, si solent adesse, & jam absint ob morbum etiam ita culpabiliter causatum, uti docent Corvav. Fill. Sanch. Gob. n. 37. Sitamen causassent ex intentione eximendi se à choro vel non orandi, praesentiæ non deberentur, & omitendo Horas tenebentur restituere, quia nemini debet fraudus sua patrocinari, Gob. n. 31. Imò si absque eo solebant abesse, etiam non debentur praesentiæ, uti idem doct. n. 38., quia causa absentiæ est potius prava voluntas quam morbus.

1210

§. IV. Si quis per biennium vel ultra Horas omisit, putant Sanch. & alii cum Gob. in Exp. T. 5. n. 38. fatis esse, si Confessarius eum obliget ad resti-

1211

Pp 5

tutio-

tutionem quārū partis fructuum, quia videtur nimis durum & moraliter impossibile restituere totum; sed dicendum est obligari ad restituendum totum, si absque gravi incommodo possit, saltem successivè per partes, quia non apparet, per quid excusat: ad grave tamen incommodum non censemur velle eum obligare Ecclesia.

**§. V.** Non tenetur ad restitutionem, qui parvam officii partem omisit, licet fructus respondentes parti omissæ sint magni: si autem neglexit notabilem partem, sed conflatam ex multis levibus, v. g. si omiserit in singulis horis unum psalmum, licet forte peccarit graviter, ut n. 1203. dictum est, tamen non teneri restituere docent *Castrop. Diana* p. 5. T. 14. R. 47. *Gob.* n. 590., sed contradicunt *Suar. Regin. Bass.* §. 5. n. 8., sicuti tenetur restituere, qui per parva fura multum abstulit; similiter si ex una hora longiore omiserit partem notabilem, *Suar. Bonart. Castrop.* obligant ad restitutionem, sed eum excusant *Bonac. Fill. Diana Gob.* n. 589., quia Canones tantum loquuntur de illis, qui non orant Horam, & tantum secundum Horam integrum statuunt obligationem restituendi hoc vel illud, nihil autem dicunt de omittente partem, ergo cum sint leges odiosæ, non debent magis extendi: deinde tales leges pœnales sunt strictæ interpretationis, ergo intelligi debent de actu pleno & perfecto, omittere autem minùs quam unam integrum Horam, non videtur esse actus plenus & perfectus, ergo. Addit *Gob.* n. 591. eum, qui tenetur restituere; posse curare inde legi Missas pro defunctis.

**§. VI.** Dato, quod ille peccet graviter, qui Horas sine attentione interna legit, de quo dicetur à n. 1340., nihilominus talis non teneretur restituere, dummodo orasset, ut probabiliter tenent *Sot. Tol. Mald.*

Azor. Bonart. Manriq. Zech. Cordub. B. Med. Gar-  
tias, quos referunt & sequuntur Diana p. 2. t. 12.  
R. 1. & 7. Gob. n. 842. Vind. Gob. p. 2. prop. 7. n. 47.  
contra Bejam p. 2. casu penult., qui multis suam  
sententiam propugnat redditque etiam probabilem.  
Ratio nostra est, quia præceptum orandi Horas, ex  
quo sequitur obligatio restituendi, prius datum est,  
& omnino distinguitur à præcepto, si datur, orandi  
es attente, AA. enim, qui asserunt dari præceptum  
orandi attente, fatentur illud postea esse latum, &  
in eo planè nihil dicitur de restitutione, ergo obli-  
gatio restituendi tantum tangit illos, qui non o-  
rant, neque lex odiosa extendenda est ad non o-  
rantes attente.

§. VII. *Suar.* putat eum, qui non eravit, te-  
neri restituere omnes omnino fructus etiam respon-  
dentes aliis functionibus, quas præstítit, sed proba-  
bilius contradicunt Bonac. Sanch. Gob. à n. 592. Bz-  
emb. R. 2. n. 3.

§. VIII. Pro restitutione ob neglectas Horas, 1215  
latiss est post illud tempus, à quo omisisti, dare ele-  
emosynam, etiam si non cogites de debito, neque in-  
tendas dare in exsolutionem tuę obligationis, *Suar.*  
*Laym.* l. 3. t. 2 c. 12. n. 9. *Sanch.* in *Conf.* l. 2. c. 3.  
d. 121. *Diana* p. 3. t. 6. R. 57. & p. 7. t. 10. R. 24. *Lu-*  
*go de Just.* d. 4. n. 46. *Gob.* n. 592. *Du Bois* ad prop.  
13. ab *Alex.* VII. damnatam: Ratio est, quia si ele-  
emosyna detur post omissionem, ponitur opus, quod  
in poenam est præceptum, ergo satisfit præcepto, in-  
tentio enim non præcipitur secundūm dicta l. 1. n.  
64. Et quamvis aliquis dicat hanc restitutionem  
etiam ex justitia deberi, tamen virtualis intentio  
dantis elemosynam est, ut per illam satisfaciat omni-  
ę obligationi.

§. IX. Hanc restitutionem deberi ex justitia, ne-  
gant 1216

gant Panorm. I. Andr. Butr. Silv. Rosel. Arm. Ta-  
bien. aliquique cum Nav., qui dicit esse communem  
sententiam, quia hæc obligatio videtur tantum oriri  
tanquam poena ex Constit. Conc. Later. & Pii V.  
Econtrà esse ex justitia docent, imprimis illi n. 1207.  
relati, qui putant orationem deberi ex justitia, dein-  
de idem tenent Sot. Calder. Adrian. Ang. Dur. A7.  
Suar. de Horis c. 29. Ills. t. 5. n. 38., tum quia fuit  
acceptio mercedis sine præstatione laboris, tum ma-  
xime quia Conc. Later. & Pius V. dicunt eos, qui  
non orant, non facere fructus suos, Item inusta per-  
cipere, ergo ex justitia tenentur restituere: Et hæc  
sententia videtur probabilior.

1217.

## ARTICULUS III.

Quæ excusent à recitatione Horarum.

“R Esp. Hæc seqq. 1. Infirmitas gravis, v. g. do-  
lor notabilis capitis, ita ut sine incommodo  
vel incremento morbi, legi non possint. Dixi, gra-  
vis: quia levis, v. g. dolor stomachi aut pectoris,  
vel etiam aliquando febris tertiana aut quartana  
non excusat, cum toto die non affligat. Ita Nav. Fill.  
Lay l. 4. tr. 1. c. 6. Bon. d. 1. q. 6. p. 1. Porro taliter  
excusatus non tenetur, ut quidam volunt, audire  
alium legentem, nec alium substituere, ut haber  
Fill & Sa v. Horæ. Si tamen commodè potest, &  
solet legere cum socio, tenetur, ut habet Less. &  
Bon v. Dia. p. 2. t. 12. R. 43.  
2. Justum impedimentum, v. g. metus prodi-  
ctionis inter hæreticos; Item gravis vel repentina  
occupatio, vel opera charitatis majoris momenti,  
quam Horæ, quæ sine scandalo vel gravi incom-  
modo tuo vel alterius omitti non possint: Quo-  
modo